1 vocando in.l.adoptiuū.cum similibus.Et glos.ista nō soluit.vñ m dic vt dixi.s.de suc.feu.in.§.quoqꝫ.⁊ dicam.j.si vas.feud.priue. in.c.j.⁊ per glo.⁊ doc.in.l.adoptiuum.⁊ qd no.ff.de senatoribus in.l.emancipatum in fi.⁊ ꝑ Dyn.in regula nō dꝫ in fi.de reg.iur. in.vj.⁊ vide ꝙ dixi in.d.§.deniqꝫ.⁊ vide ꝙ dixi.s.eod.in.c.titius ⁊ ad ꝑdicta vide in Spe.de feu.in fi.versi.j.⁊ ibi Io.an.⁊ plene ꝑ Bal.in.l.plꝫ.C.de lib.cā.⁊ in.l.j.C.de ope.li.⁊ in.l.q se pfis.C.vnde liberi.⁊.j.de probi.feu.alie.per fed.in.§.insuper.⁊ in.l.si in personam.C.de fideicom. ¶ Op.cum gl.ij.ꝙ imo agnati nullo modo admittantur extantibus descēdētibus.qꝛ vbi vasal.propter aliquam iustam cām a feu.cadit non dꝫ feu.reuerti ad agnatos sed ad filios vt probatur in.d.l.emancipatū.in fi.ff.de sena.Solu.dicit glo.quod qdam fatentur contrarium qñ feu.esset antiquum ab auo acqsitum.hic vero loquatur in feudo acquisito a patre. Sed hāc solutionem immediate reprobat gl.⁊ bene qm̄ iste text. de directo loquit in feu.antiquo acquisito vel ab auo vel proauo cum dicat qd isti agnati erant in quarto gradu.Ex quo necesse est inferre qd feud.fuerat acquisitum a proauo vel superioribus sic antiquum.Nec est verum dicere qd aliud sit in feu.acquisito ab auo ⁊ aliud in feudo acquisito a proauo vel superioribus. quia eadem est ratio in vno que in reliquo:imo si non deberet quis amittere feudum acqsitum ab auo multominus a proauo ⁊ superioribus cum sit antiquius quam acquisitum ab auo.Qua re glo.dat alium intellectum ad istud capitulum.vcꝫ qd loquatur in feudo antiquo ⁊ qd vas.cōmmiserat tale delictum ex quo etiam filius veniebat priuandus ex delicto patris sui.Nec poterat admitti ad dictum feudum nisi de nouo ex gratia illud a domino acqreret nō existentibus agnatis quibus esset apertū quoniam si extarent agnati.tunc ipsi admitterent vsqꝫ ad quartum gradum ſm iura antiqua vt hic.Hodie vero vsqꝫ in infinitū vt predicta omnia probantur in.d.c.j.j.si vasal.feud.priue.Et hoc voluit ista glo.vsqꝫ ad versi.imo qd plus est ⁊c.quam declarabo statim in oppositione sequenti. ¶ Oppo.itaqꝫ cum dicta glos.in dicta parte contra.s.ꝑxime dicta.⁊ contra istum tex.vcꝫ qd imo nedum filij ⁊ descendentes:sed ēt omnes ceteri agnati transuersales remoueant a petitione talis feudi ꝙ amisit vasallus ꝑpter delictū suū:vt in.d.§.deniqꝫ.s.q̄ fuit prima cā benefi.amit.Solu. dicit glo.fatendo contrarium quando illud delictum fuit commissum in ꝑsonam domini quo casu feudū reuertitur ad dñꝫ vt habeat sue iniurie vltionē:⁊ tunc oēs tam descēdētes quā agnati collaterales excludunt ēt si feudum sit antiquum:vt ibi:licet quidam intellexerint illum text.solum in feudo nouo ⁊ nō bene hic vero loquimur quando delictū nō fuit cōmissum in ꝑsonaꝫ dñi:quo casu filij ⁊ ceteri descendentes excludunt:sed agnati admittunt.Et hoc vult ista glo.vsqꝫ in fi.Ex qua gl.manifeste colligitur verus intellectus quem.s.declaraui ad capitulum istud vcꝫ vt loquatur in feudo antiquo.Et qd delictum non fuerat cōmissum in ꝑsonam dñi sed in alium.Et qd agnati proximiores admittantur etiam.j.quartum gradum si extant ⁊ si non extant possunt admitti etiam existētes in quarto gradu.vt hic ⁊ vlteriores vsqꝫ in infinitum.vt.s.dictum est quidquid dixerit Iaco.de bel.⁊ Bal. ¶ Ultimo de materia huius capituli vide.j.in tit.an ille q interfecit fra.do.in.c.j.j.in dicto tit.si vasal.feu.priue.in ca. j.⁊ qd dixi in.d.§.deniqꝫ.⁊.s.q.mo.feu.amit.in.§.aut si libellario. ⁊ per Iacob.ardi.in ti.qui.mo.feu.amit.sub rubricella:qñqꝫ feu. reuertitur ad agna.⁊ in titu.de succes.feud.sub rubricella:si vas. committat cul.cum duabus rubricellis seq.⁊ per Bald.in.l.qui

se patris.C.vñ lib.⁊ in Spec.de loca. in.§.nūc aliqua. ver.cxliiij. ⁊ per canonistas in.c.in quibusdam.extra de penis.

¶ Iacobus aluarotus.

1 ☞ Uenditio generalis quod specialiter non venderetur nō includit.
2 Dans castrum an dicatur ius patronatus ecclesie conferre.
3 Dominus habitationes suas concedens an vasallos conferre dicatur.
4 Feudū in generali restitutione fideicommissi nō computāduꝫ.

In generali.

Istud capitulū exemplificatur varijs modis ꝑ doc. Nā And.de yser.exemplificat in domino vendente generaliter omnia bona sua.vt sub ista generali venditione non veniant iura suorum vasal.seu directum dominium qd habet in feu.dictorum suorum vasal.Quod exemplum ⁊ si in se verum sit quia casus est de eo.j.de cap.qui cur.vendi.in.c.j.tamē non bene adaptatur ad istum tex.Et ideo dominꝰ Bal.exemplificat in vas.generaliter alienante omnia bona sua.vt sub ista generali alie.non contineatur feu.suuꝫ nisi nominatim sit dcm̄ Et istud exemplum magis congruit licere dum dixit in generali alie.vas.⁊c.Et ideo sequēdū. ¶ Unde in summa hoc vult.vasal.alienando bona sua non intelligitur alienasse feudum nisi de eo specialem mētionem faciat.h.d.In tex.ibi alienatione vasalli.alienatiōe facta per vasal.de omnibus bonis suis.Ibi feu-
1 duꝫ subaudi quod tenet ab alio ſm Bal.⁊ bene. ¶ †No.quod in generali venditione quis non intelligitur vēdere quod non fuisset specialiter venditurus.Nam in dubio non debemus presupponere quod voluerit vendere feu.cum ex ipsa venditiōe incidisset in penam perdendi illud.vt.j.de probi. feu.alie.per Fe. in.§.j.Et ideo ista generalis transactio bonorum non extendit ad ea que exigunt specialem cōcessioneꝫ.vt in.c. quod trāslationem extra de offi.dele.⁊ que quis verisimiliter nō fuisset specialiter concessurus.vt in.l.obligatiōe generali.ff.de pignoribus. Et de hoc an in generali concessione veniūt ea que quis nō fuisset verisimiliter in specie concessurus.dic plene per Dy.in.c.i generali.de reg.iur.in.vj.An autem in generali renunciatione veniat legitima.dic per Bal.super rubrica.ff.de iureiuran.vbi tꝫ qd non per.l.si qñ in.§.fi.C.de inof.testa.de quo per Gul.in.l.de his.ff.de trāsac. ¶ Opp.ab extra quod imo in alienatione generali veniat ius feudale.nam in alienatione vniuersorum bonorum veniunt iura patronatus nisi specialiter exceptuentur: vt in.c.cum seculū.⁊ in.c.ex literis.extra de iure patro.⁊ no.glo.in l.si operarum.ff.de operis lib.Solu.quedam sunt que trāseunt cum vniuersitate bonorum de quibus in.l.quedam.ff.de acqui. rerum do.⁊ ius patronatus est de illis.vt no.in.d.l.si operaruꝫ. Feudum autem nō intelligitur trāsire in dubio.vt hic cū alter etiam habeat ius in re.vt no.in.c.cum bertoldus.extra de re.iu. Et quia non est verisimile neqꝫ presumitur vt sibi preiudicet in feu.ex tali alienatione.vt.s.dixi.Uidemꝰ quoqꝫ in decimis ⁊ iu-
b ribus spiritualibus si aliquis vendat villam [b] vel donet cū omnibus iuribus suis que ibi habet nō tamen intelligitur sensisse de decimis quia sunt ꝑpria sed alterius iuris.⁊ ita dixit Inn. in dicto.c.ex literis.⁊ quod not.xvj.q.vij.pie mentis.Uel possumus dicere secundum And.de yser.quod ideo hoc est statutum in feu.forte propter dignitatem hominum ⁊ feudorum que faciunt hominem nobilem qꝛ paradogium faciunt.vt.s.quis dicatur dux comes vel mar.in.c.j.in fi. ¶ Oppo.ad idem ⁊ sic ille qui generaliter vendit omnia bona sua nihil excipit.ergo totū comprehendi videtur vt.C.de euic.in.l.si fines.⁊.ff.de censi.in.l. forma.Alias sequeretur si diceremus contrarium qd venditor posset semper dicere se nō vendidisse nisi vnuꝫ cespitē terre.So. eodē modo qꝛ hic loquimur in feudo in quo nō est prescriptio neqꝫ verisimilitudo quod quis vendidisset si sciuisset cū alienari nō possit inuito domino sine pena amissionis.⁊ ideo non cōtinet sub generali alienatione secundum Bal.dixit tamē An. de yser.quod istud capitulum non videtur rationabile.⁊ ideo secundum ipsum non habebit locum nisi in loco vbi talis consuetudo obseruatur.Ego nō recederem a communi intellectu doctorum qui similiter cum decisione huius capituli pertranseunt.Et maxime quia ratio potest assignari quam supra dixi. Item quia etiam in pluribus alijs casibus quedam non transeunt cum vniuersitate nisi specialiter exprimantur. vt.s.dixi.et no.in dicta lege quedam. ¶ Oppo.de text.in pace constantie in §.cum autem nos.vbi patet quod in generali alienatione quaꝫ facit princeps continentur vasalli. Solu.vt ibi not.gloss.quoniam ibi satis constat expressum in ipsa alienatione generali etiam de ipsis vasal.Et vide quod ibi no.in gl.super vbo reci-
2 pientis. ¶ †Quero quid si dñs dat mihi totū castrum vel villā
c an intelligatur dedisse mihi ēt ius patronatꝰ[c] ecclesie que erat in dicta villa vel castro.Et dic quod sic.Secus si dedisset mihi i feudo quedā fundū i quo erat sita dicta ecclesia.vt tenet Inn.

a ¶ Delictū pris. adde an ꝑꝑ delictū i crimie lese maiestatis filiꝰ ꝑdat lt̄imā.vid ꝑ Car.zab.i cle. pasto.i.vij. q.de re iudi.vbi alle. plures cōcordā.

b ¶ Si aliqs vēdit villam.adde qd de vēdēte fūdū vl palatiū in quo sit ius pronatꝰ.an icludat ius pronatꝰ.vide ꝑ abba.i disputatione icip. augerio.⁊ ꝑ docto.in.l.monit. ff.de ↄhen.emp. Abba .in.c.cum bertoldus.de re iu.Dñi de rota decisiōe.x.in tit. de iurepa.in nouis.

c ¶ Etiā ius pronatus.adde do. in.c.vnico de iure patro.lib.vj. ⁊ Abb.in.c.querelam.de simo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

3 in.d.c.cum seculum.⁊ per ea q̄.s̄.dixi.¶†Quero qd si in quodaȝ castro vel villa omnes hoīes erant mei vasalli.⁊ ego cōcedo tibi oēs habitationes meas quas habeo in illo loco anveniant vasalli.Et dicit bal.ꝙ non qꝛ dicti vasalli sunt pars ⁊ non totū.vnde non vr̄ concessum qd̄ est separatuȝ corpore ⁊ significatiōe.ad ꝙ
4 facit.l.q tabernas.ff.de contrahen.emptio.† Quero an feudum veniat in generali restitutione fideicommissi.Et Jac.de are.in.l. patroni.ff.ad treb.sentit quod non quia quod non cadit in recipientem remanet penes dantem.vt ibi Bal.aūt in.l.cum virum. C.de fideicommis.vbi late prosequitur hanc q̄ōnem.similiter cōcludit ꝙ feudum quod non cadit in recipientem remanet penes heredem rogatum.Sed si cadit in recipienteȝ venire debet in restitutione fideicommissi.Possibile enim est vel ex natura inuestiture vel ex iure agnationis quod ille in quem debet fieri restitutio sit capax illius feudi.quo casu fiat restitutio al's secus.Idem sentit ipse in emphiteosi ecclesie vt veniat in restitutione fideicō missi de liberis ad liberos non de liberis ad extraneos.p ea que singulariter no.in.l.etiā.ff.sol.ma.In emphiteosi vero laicorum dixit venire in fideicommisso:qꝛ per vltimam volūtatem alienādo non incidit in commissum.vt.ff.de legat.j.in.l.si domus.in.§. fi.de quo vide in spec.de loca.in.§.nunc aliqua.ver.cxiij.⁊ vsi.cvj. ⁊ ver.clviij.⁊c.¶Quero an veniat feu.in vniuersali petitiōe hereditatis dic vt per gloss.in.l.item videndū in.§.nunc videamus ff.de peti.here.⁊ quod dicam.j.an agnatus vel filius in.c.j.⁊ in.d. versi.clviij.cum seq.⁊ per Bart.in.l.si patroni.ff.ad treb.¶Vltimo de materia presentis capituli vide plene per glo.⁊ doct.in.d. c.j.j.de capi.q cur.ven.⁊ ideo gloss.hic posita remisit ad ibi not. Vide ad materiam Cy.in.l.j.C.que res pigno.obliga.pos.Jaco. ardi.in ti.qb.mod.feu.amit.sub rubricella cum curia.lȝ domino alienare vasallos ⁊ rubricelle seq.⁊ in locis.s̄.allega.Ad materiā ⁊ quod not.Bal.in.l.si quis prioris.in.§.ceterū.C.de secun.nupt. ⁊ in.l.procuratore.C.mandat.⁊ in.l.de bonis liber.⁊ super rubrica.C.de cōtrahen.emp.per canonistas in.d.c.ex lr̄is.⁊ in Spec.de pigno.in.§.j.versi.sed nunquid feu.⁊ plene in directoria iuris in titu.de iure patronatus.vbi plures q̄stiones ad propositum pertinentes adducit. ¶Jaco.

1 ☞Vasallus a pena in dn̄m ignorāter commissa excusatus ad emptoris interesse tenebitur.
2 Emptor ignoranter deceptus ad interesse aget ꝯtra venditoreȝ.
3 Emptor feudi illud retinebit donec venditor p̄tium restituerit.
4 Ignorantiā alleganti quando credendum.

Si vasallus.ij.

Istud capl'm est notāduȝ qm̄ limitat totaȝ materiā de vasal.alienante feudum sine licentia dn̄i:vt vcȝ tūc demum priuetur quando scienter illud esse feu.fecit. Secus si ignoranter vt hic ⁊ in summa hoc intendit.Feudum vēditum ignoranter a vasallo tanq̄ ꝓprium est sibi restituenduȝ:sȝ tenetur emptori ad hoc interesse.h.d.¶In tex.ibi ignorās illud esse feu.⁊ erat probabiliter ignorans.quia forte successerat illi q multo tp̄e non seruierat qꝛ nō fuerat reqsitus a dn̄o vt.s̄.eo.in.c. lȝ s̄m An.de yser.⁊ infra dicam.Ibi ignorāti.Secus aūt si sciuisset vt in.l.venditor.C.de rescin.ven.Ignoranti enim subuenitur vt.j.c.primo.¶No.ignorātiam facti excusare vasallum alienantem a feu.priuatione.vt.j.de contro.inter do.⁊ empt.in.c.j.Et sic non vendicabunt sibi locum isto casu cōstitutiones lothariȷ ⁊ federici de probibita feu.alie.vt ꝓbat̄ hic ⁊ in.d.c.j.hoc idem extēdit Bal.ad emphiteotā q ignoranter vendit rē emphiteoticam vt nō cadat a iure suo.vnde dn̄s reuocare volens hȝ ꝓbare eius sciētiā.prout ipse dicit hic.Ad quod vide in Specu.de locato.in §.nunc aliqua.ver.xviij.⁊ ver.xcvj.Bart.in.l.sequitur in.§.idem labeo.ff.de vsuca.⁊ qd̄ dicit Bal.in.l.j.C.de epis.andi.⁊ p Gul.in l.iuris gentiū in.§.labeo.ff.de pac.⁊ per eundem Bar.in.l.j.in.§.si
1 rem.ff.deposi.¶†Not.qd̄ quāq̄ vasal.p ignorātiam excuset̄ a pena in dn̄ȝ cōmissa.tn̄ non excusatur ab interesse ipsius emptoris vt hic facit.l.venditor.ff.de euic.lȝ glo.hic posita allegauerit.l.ij. que nihil facit.⁊ in.c.j.j.de cōtro.inter do.⁊ empto.allegato hic
2 in glo.que per hoc est expedita.¶†Not.ꝙ tunc demum emptor deceptus agit ad interesse si fuit ignorans.qꝛ secus si fuisset sciēs qm̄ scienti ⁊ volēti nō fit iniuria neq̄ dolus.vt in.l.cū donatiōis C.de transac.⁊ in regula scienti ⁊ ibi per Dy.de regu.iur.in.vj.⁊ ꝙ habet̄ in.d.l.venditor.de rescin.ven.⁊ ꝓbat̄.j.de ꝓhi.feu.alie. per fe.in.§.j.¶Op.ab extra de.l.fi.in.§.vlti.ff.de legat.ij.qui allegari solet ꝓ singulari.vbi patet ꝙ per ignorantiā firmat̄ venditio q̄ al's nō valuisset.Solu.ibi loq̄t̄ de re q̄ de sui natura est alienabilis.hic non preterea alienās tp̄e alienationis potuit alienare hic secus.Et de materia ibi posita traditur plene per doct.in aut.res q̄.C.cōia de lega.¶Op.ꝙ imo vasal.non admittat̄ ad reuocandū feudū alienatum prout hic d̄r:qm̄ non potest venire ꝯ factum suum proprium ⁊ reuocare quod iaȝ a se abdicauit in.l. cum confitearis.C.de reuo.dona.Solut.ibi alienauit dolose hic ignoranter.¶Oppon.iste vasal.vendicando tenetur de euictione.Igitur reuocando poterit per exceptionem repelli per regulam.l.vendicantem.ff.de euictio.Solu.Secundum Bald.contrarium habet locū quando emptoris intererat excipere ad obuiādum ne res auocaretur hic autem non poterat excipere.qꝛ vendītio fuerat impossibilis de iure.vt.j.de probi.feud.alie.p lothar. in.l.j.in fin.¶Oppo.ꝙ imo venditori non sit feu.restituendum sed sit in electione emptoris dare illud aut emptori aut domino vt est casus in dicto capitulo primo de contro.inter do.⁊ empto. Solue vt ibi no.in glo.¶Quero ab extra quid si per ignorātiā non petiȷt vasal.inuesti.infra tempus debitum an excusetur.dic vt dixi supra que fuit prima causa benefi.amitten.in princ.⁊ in
3 c.j.quo tēpore miles.¶†Quero an emptor poterit retinere feud. emptum donec vasal.sibi restituat pretium.⁊ dicit Bal.quod sic quantum respectu vasalli agentis.vt in.l.si dn̄o.⁊ in.l.non solum in.§.si centum cum ibi not.ff.de conditione indebi.sed respectu domini reuocare volentis in contumaciam vasalli secus vt in le
4 ge.j.in.§.j.in fin.j.de probi.feud.alien.per federi.¶†Quero an huic alleganti ignorantiam credatur an sit necesse ꝙ probet̄ ꝙ liter.Et respondeo ꝙ si successit in ius alterius.ff.de re.iur.⁊.ff. de iu.⁊ fac.igno.in lege si plurimum.⁊.ff.de act.emp.in lege si sterilis.⁊ maxime si bonus vir existimet̄.vt.ff.de re mili.in lege non omnes.in.§.a barbaris.⁊.ff.de excusa.tuto.in lege sciendū suf ficit secus autem si essent presumptiones contra ipsum.vt quia ipse idem alias fuisset iuestitus.vel illud alias dedisset domino per scriptum vel tanq̄ agnatus successisset in eo ⁊ non in ceteris bonis:qꝛ tunc istis casibus ⁊ similibus sua ignorantia non esset tolerabilis.argumentum.ff.ad vellei.in.l.quāq̄.⁊ de acquirē.heredi.in.l.cum filiam.⁊.ff.loca.in.l.item queritur.in.§.si fullo.Et ita determinat Jaco.ardi.in titu.quib.mod.feu.amitta.sub rubricella an alleganti ignorantiam credatur.Et predicta videtur extendere etiam ad personam filiȷ heredis quanq̄ videatur esse eadem persona cuȝ defuncto.quod ꝓbat per.l.cum falsa.C.de iu. ⁊ fac.igno.⁊ rerum amotaruȝ in.l.marcellus.in.§.j.⁊ per.l.nihil. ff.de contrahen.empt.Et ad predicta vide in Spec.in dicto ver. xviij.s̄.allegato.⁊ sequen.⁊ extra de consti.in.c.vt animarum li. vj.per canonistas.⁊ ꝙ dixi.in.d.c.j.hic pōt esse tit.quib.mod.feu. amit.¶Vltimo de materia presenti habetur in.d.c.j.j.de contro. inter do.⁊ emp.⁊ ibi plene traditur.⁊ quod dixi.s̄.que fuit prima causa bene.amit.in.§.deniq̄ in cōclusionibus ⁊ p Jac.ard.in tit. qui.mo.feu.amit.sub rubricella si alienauerit feu.vas.in.§.sciens ⁊ in.§.ibidē sequenti.⁊ sub rubricella de sciētia dn̄i vel ignorantia emptoris.⁊ vide.l.si ignorās cū sua materia.ff.locati.⁊.j.c.sequen.⁊ in remissionibus adductis in.q.s̄.prima in fi. ¶Jaco.

1 ☞Domino querenti an res feudalis sit fideliter vasallus respondebit.
2 Vasallus feudum falso negans:de mendatio conuictus feudo priuatur.
3 Ignorantia a mendaciȷ pena vasallum excusabit.
4 Dubius dubium prestabit responsum.
5 Respondens obscure interrogata creditur negare.

Vasallus.ij.

Intellectū hui⁹ capituli satis exēplificaui.s̄.e.i.c.vas.si.Et summa hoc vult.Vasallus scienter negans feu.amittit illud.vbi vero dubitat an sit feu.debet dubitāter respondere.h.d.¶Casum in terminis figura s̄m formam.c.si.de lege corra.vbi glo.hic posita te similiter remisit ⁊ nihil aliud facit ⁊ sic est expedita.¶In tex.ibi abneganit.Subaudi dn̄o suo minus diceret eum vas.⁊ ipsum tenere feu.ab eo ⁊ ipse hoc negabat.Ibi amit.scilicet per sententiam.vt supra que fuit prima causa bene.amit.in.§.porro ⁊ no.glo.in.§.callidis.j.de ꝓhi.feu.alie.per Fede.Ibi ignorantia sic probabilis ⁊ tolerabilis vt dixi.s̄.capitulo proximo.Ibi respondere debet.subaudi dicendo nescio vel similia verba.vt in.d.c.si.de lege corra.quod intellige veruȝ si vere dubitabat.Secus autem si vere sciebat:sed tamen dubitanter
1 respondit:qꝛ tunc bene priuaretur feudo.vt ibi no.in glo.†Not. vasal.debere respondere domino interroganti an res quā tenet sit feudalis:vel non prout in simili videmus in.l.iiȷ.⁊.iiȷ.ff.de interro.actio.quid autem si nullo modo vellet respondere.sed omnino esset contumax in non respondendo quia vel tacet vel non vult venire ad respondendum tunc dicas vt dictum est in capitulo primo in principio supra de milite vasallo qui contumax est. Et de materia tacentis ⁊ nolentis respōdere habetur in lege de etate in.§.qui tacuit.ff.de interrogatoria actione.
2 ¶†Not.ꝙ vasal.mendaciose ac per dolum negans feu.debet dicto feu.priuari si conuincatur de mendacio.vt hic.⁊ in.d.c.si.de lege corra.Et intelligas qd̄ priuabitur toto feud.si totum negauit.Si vero solum partem negasset:tunc solum ea parte priuatur:vt dictum est.s̄.eod.in capi.vasallus qualiter autem puniatur mendax ⁊ quando non dic vt in remissionibus quas dedi in
3 dicto.c.vasallus.¶†No.ignorantiam excusare vasallum a pena mendaciȷ.vt hic ⁊.s̄.c.proximo dummodo nō sit crassa ⁊ supina sed tolerabilis:vt ibi dixi.⁊ not.glossa.j.de contro.inter dom. ⁊ empto.feud.in.c.j.Et est ratio.quia ad inducendum delictum exigitur scientia vel saltem ignorātia non excusabilis vt in.l.fin. ff.de decre.ab ord.faci.¶†Not.qd̄ q dubius est potest dubitāter
4 respōdere:vt hic ⁊ in.d.c.fi.⁊ not.glo.in.l.si debitor.ff.de peti.here.dabit̄ tn̄ sibi terminus ad se informandū ⁊ deliberandum vt ff.de interroga.acti.in.l.qui interrogatus.⁊ in.l.iusiurādū.⁊ ad pecunias.§.j.ff.de iureiu.de quo plene per glos.⁊ docto.in.l.ij.in §.quod obseruari.C.de iura.calū.Et si postea non respōdit tunc poterit lis contestari aduersus ipsum:vt dixi supra tit.primo.in fi.⁊ in.d.c.vasallus.Et ex p̄dictis ego infero duo notabilia.Primum qd̄ sicut ignorans non videtur renunciare iuri ita nec dubitās vt est casus singularis s̄m Ray.⁊ Bart.in.l.manifestissimi in.§.sin autem nescius.C.de furtis.Scd̄m quod ille q respondet dubito nō habet̄ ꝓ ꝯfesso ꝙ qualiter intelligēdū sit hodie circa rn̄siones que fiunt passionibus.⁊ an requiratur sn̄ia iudicis vel ipso iure habeat̄ pro confesso vel negante habet̄ plene.in.c.ij.in fi.per glo.⁊ doc.de confessis lib.vj.per docto.iuris ciuilis in.d.§. qui tacuit.⁊ in.d.§.quod obseruari.Et quid operetur talis ficta confessio ⁊ de modo practicandi circa predicta habetur p Bar. in.l.eius q delatorem.ff.de iure fisci ⁊ per Dy.in.l.j.ff.qn̄ ex facto
5 tu.⁊ p Cyn.in.l.ij.in.§.ꝙ si actor.C.de iura.calum.¶†Quero qd si vasal.respondeat:sed obscure aliquibus extraneis verbis que non intelliguntur vel lingua greca vel hebraica.Respondeo qd̄ habet̄ ꝓ scienter ⁊ maliciose negāte dicta.l.de etate.in.§.nihil.cū ibi not.in gl.ff.de interroga.act.quod intellige verum nisi declaret.vt not.gl.in.d.c.ij.in fi.¶Vltimo de materia presentis capituli vide in locis supra allegatis ⁊ in remissionibus quas dedi in.d.c.vasall⁹ supra eo.⁊ in.c.supra proximo ⁊ specialiter ꝙ in.d. dixi.Vbi plures questiones formaui q̄ trahi ⁊ recitari possunt ⁊ per Ja.ardi.in ti.quibus mo.feu.amitt.sub rubricella si sciens vasa.feudum fuerit inficiatus ⁊ quod dicam in.d.c.fi.de lege cor. vbi plene de materia. ¶Jacobus.

1 ☞Vasallus feudum equali sine fraude ⁊ eadem lege infeudare potest.
2 Alienare feudum volenti tria requiruntur.
3 Infeudatio facta pro medietate pretiȷ in fraudem legis an dicatur fieri.
4 Infeudatio facta iuito vasalli herede an resoluatur vasallo decedente.

Beneficium.

Vasallus potest feu.suuȝ alteri sibi equali infeudare dū modo sine fraude faciat.h.d.In text.ibi beneficiuȝ.i. feudum vt supra in qui.cau.feu.amit.in.§.in primis ibi in fraudem legis.s.j.de probi.feu.alie.per fed.in.§.callidis.vt q sub calore inuestiture vendat ipsum qd̄ non lȝ in fraudem vt ibi d̄r.Ibi dari pōt.Subaudi alteri scd̄e persone:vt infra de lege corra.in.§.similiter.Ibi militi.Subaudi ⁊ equali sibi ⁊ eadē lege ⁊ forma qua ipse habet vt hic in gl.quoniam si vasal.est miles infeudabit militi.Si non est miles sufficit ꝙ infeudet equali sibi.vt in.d.§.similiter.¶†No.ꝙ vas.q nō potest alienare feudum sine dn̄i volūtate pōt tn̄ infeudare dūmodo infeudet equali ⁊ sine fraude ⁊ eadē lege.vt hic ⁊.s̄.p quos fiat inuestitura.i.§. j.⁊.s̄.qualiter olim feud.po.alie.§.j.Sincere ergo ⁊ bona fide dabit in feu.etiam hodie.Et est ratio quoniam non est damnū domino qui habebit in vasal.illuȝ cui dabitur qui erit equalis primo vt supra dictum est.¶No.qd̄ si vasallus acquirere pōt aliuȝ vasal.loco sui etiam domino inuito quod videt̄ esse contra text. in.c.ij.s̄.de fra.de no.be.inuesti.Sȝ solue vt late dixi in.c.si decesserit supra eo.¶†Quero cum glo.q̄ reqrant̄ ad hoc vt vasal.possit alteri infeudare.Et respondet glo.qd̄ tria.Primum qd̄ infeudetur equali adeo qd̄ si primus vasal.infeudans q modo p infeudationem suam est effectus dominus respectu secundi vt infra de probi.feu.alie.p Fe.in.§.illud.Si esset miles:tūc est necesse qd̄ similiter seruus in quem infeudat sit miles.Secundum qd̄ reqritur est quod non infeudetur nisi eo modo ⁊ forma prout ipse vasal.infeudans habet a domino.Tertium quod requiritur est quod infeudet sine aliquo pretio ne videatur fieri in fraudeȝ legis.vt in.d.§.callidis.Et hoc voluit ista glo.vsq̄ ibi.In fraudē enim que bene loquitur ⁊ ꝓbat̄ in.d.§.similiter.⁊ ibi dixi ⁊ not. in.§.p̄terea infra de capi.corra.in gl.magna.in fi.¶†Quero cuȝ glo.in illa parte quid si vas.infeudans secundo accipiat minus medietate pretiȷ ꝓ toto dicto feu.an tunc isto casu talis infeudatio intelligat̄ esse facta in fraudem legis.Et respondet hec glo. sub dubio forte qd̄ non dicēs qd̄ tunc demum intelligit̄ fraudulenta quando ꝓ toto feu.ipse vas.infeudās habuit vltra medietatē veri pretiȷ.Et dicit glos.ꝙ multi hoc tenēt ⁊ ita intelligunt istū passum.Sed tu aduerte lȝ doc.super hoc nihil dicant ⁊ simpliciter pertranseant.qm̄ videtur mihi qd̄ ista talis determinatio non fundetur aliquo iure sed potius videtur esse contra mētem tex in.§.j.s̄.qualiter olim po.feud.alie.qui dixit ꝙ vasallus tunc demuȝ pōt alteri infeudare si hoc sincere faciat ⁊c.quasi dicat qd̄ ex liberalitate nullo interueniēte pretio hoc fiat similiter vr̄ esse ꝯtra tex.in.l.j.in fi.de ꝓhi.feu.alie.per lhota.vbi litera dicit ꝙ nullum cōmercium potest facere.Similiter videtur esse cōtra tex.in.§.callidis vbi indistincte determinat ꝙ pretio accepto nō pōt alteri infeu dare.Et in hanc meam sn̄iam reperio esse Jac.ardizo.in tit.q.mo.feu.acq.sub rubricella an pretio dato feu.in feudo dari possit.Vbi notabiliter dixit ꝙ vasall⁹ pōt dare in feudū.s.sine pretio ⁊ sola liberalitate.Ceterū si accepto p̄tio ⁊ nō liberalitate in feudū cōcedat intelligit̄ in fraudē facere vnde nō valet ⁊c.Et ista sunt verba sua ad literā.Et vltra dicta iura adducit.l.apud celsum.in.§.si quis aūt.in.§.si qs ex vnica.ff.de exceptio.doli.⁊ in.l.si.ff.quib.ex causis in pos.ea.cum si.
4 ¶†Quero an iste vasallus possit dictum suum feu.alteri īfeudare etiam inuito agnato suo ad quem dictum feu.erat recasurū sicut potest inuito dn̄o:⁊ ī casu in quo possit:quero an talis infeudatio resoluat̄ eo mortuo an duret in preiudicium agnatorū dic de his questionib⁹ vt dixi.j.per quos fiat inuesti.in.§.j. ⁊ presertim in questiōe finali.⁊ tangit specul.⁊ ideo an.in ti.de feudis ver.xxxviij.Qualiter aūt ⁊ quādo intelligat̄ fieri in fraudem agnatorum dixi in.d.§.j.vbi gl.tangit ⁊c.¶Quero an dn̄s poterit compellere istum scd̄m vasallū ad prestandū sibi seruitia solita.Et si p̄stare nolit qualiter succurratur dn̄o ⁊ de forma agendi vide quod not.per gl.in.d.§.fi.s̄.de contro.inuesti.et qd̄ dixi late.s̄.que fuit prima causa bene.amit.in.§.sed nec alia. ¶Quero an vasal.ecclesie possit suum feu.alteri infeudare s̄m formam huius capituli:ita ꝙ capitulum nostrum habeat locū etiam in vasallo ecclesie.Et de hac q̄ōne te remitto ad ea que dixi.s̄.qui feu.da.pos.in prin.in distinctione.¶Vltimo ad materiā p̄sentis capituli vide plura alia que dixi in dicto.§.fi.de cōtro.inuesti.⁊ in.§.j.p quos fi.inue.⁊ in remissionibus quas ibi plene adduxi ⁊ plura q̄ ēt dixi i.d.§.j.qualiter olim po.feu.alie. in remissionibus.⁊ in.d.§.similiter.de lege corra.⁊ plene per gl. in.d.§.p̄terea.j.de capi.corra.⁊ de ꝓhi.feu.alie.per fe.in.§.callidis.⁊ in.§.illud quoq̄.⁊ per Jo.ardi.in ti.qui.mo.feu.acq.sub rubricella:quando vasallus feudum in feu.dare cum octo rubricellis:sequētibus ⁊ in capitulis extraordinariȷs in ti.de feu. beneficiȷs.in.c.nullus.

1 ☞Vasallus legitimam habet personam pro re feudali in iudicio comparendi.
2 Vasallus si in cā feudali nō obtineat nō trāsactionē sibi ꝯsulat.
3 Trāsactionis noīe si qd suscipiat̄ loco rei succedere nō credit̄.
4 Vasallus etiam non vetatur experiri proprium ius.
5 Vasallo viuente excludentur agnati.
6 Transactio quando agnatis sit preiudicio.

Si vasallus.iij.

Istud capl'm continet materiā valde vtilem ⁊ hȝ cōtraria q̄ multū vrgēt aduersus decisionē ipsi⁹ vt j.patebit quorū ꝯtriorum timore reperio ipsum legi duobus modis.Vno modo s̄m Bal.ꝙ vasal.fecit totum suuȝ posse vt dn̄s sciret ea q̄ agebantur p ipsum vasal.ita qd̄ dn̄s sciuit vel scire potuit absq̄ aliqua fraude vasal.quo casu dato qd̄ ignorauerit nihilomin⁹ sibi parat̄ p̄iudicium vt hic ⁊ hoc mō possunt solui ꝯtraria.Alio modo legitur s̄m An.de yser.ꝙ tūc demū sit p̄iudiciū dn̄o ignorāti.i.qn̄ vult venire ex p̄sona vasalli ⁊ ita intelligit istum tex.secus aūt si vellet venire ex p̄sona ꝓpria qꝛ tunc non preiudicaretur sibi.vt in contrariȷs.⁊.j.latius declarabo.Et diuide in tres partes.quoniā in prima declarat an iudicium ventilatū p vasallū debeat haberi ratum p dn̄m. In scd̄a qd de trāsactiōe p ipsum facta.In tertia an id qd̄ receptum est noīe trāsactiōis cēseat̄ feu.scd̄a ibi:nā tertia ibi:nec ꝙ Casus.Illud qd̄ fit p vasal.de suo feu.siue per iudiciū siue p trāsactionē dȝ haberi ratū p dn̄m ⁊ id qd̄ sibi dat̄ noīe trāsactiōis nō cēset̄ feudū.h.d.pone casum in terminis s̄m formā traditaȝ in.c.j.j.de ꝯtro.inter vas.⁊ aliū vbi ēt te remisit gl.prima hic posita q̄ nihil aliud fecit.¶In tex.ibi agat.Subaudi cōtra possessionē dicti feu.vtili reiuēdicatiōe.vt.s̄.de inuesti.de re alie.fac. in.§.j.Ibi lȝ ignorāte hoc est siue dn̄s sciuerit siue ignorauerit dūmō vasall⁹ fecerit suū posse vt ipse dn̄s sciret s̄m Bal.vt statim dicam.Ibi iudiciū.Subaudi dūmodo fraudulēter nō litigauerit.vt in.d.c.j.de cōtro.inter vas.⁊ al.⁊ ītellige ꝙ erit firmū tale iudiciū ēt in preiudiciū dn̄i volētis postea vēdicare dictam rem feudalē ex p̄sona ipsi⁹ vasalli al's secus si viueret ex persona ꝓpria ⁊ iure ꝓprio s̄m An.de yser.vt statim declarabo.Ibi feudum erit.Subaudi si illud ꝙ accepit sit penitus s̄patū ab ipo feudo ⁊ de p se possit stare.secus aūt si eēt cōnexuȝ ⁊ de p se stare non posset sicuti est seruit⁹:qꝛ tūc retineret iure feudi ⁊ censeret̄ res feudalis:vt in.d.§.j.s̄.de inuestit.de re alie.facta.⁊ hic in gl.
1 ij.que p hoc expedita ⁊c.¶†No.ex prima pte qd̄ vasall⁹ hȝ legi- a timā p̄sonā cōparēdi in iudicio[a] pro re feudali ⁊ in agēdo ⁊ in defendendo ⁊ tale iudiciū ⁊ sn̄ia inde secuta erūt valida ⁊ ꝓderunt ⁊ nocebūt dn̄o siue sciat dn̄s siue ignoret siue sit p̄lens siue absens dūmō nō fiat fraudulēter.vt.s̄.dixi.⁊ non p̄sumit̄ fraus nisi ꝓbet̄.vt.ff.de ꝓba.in.l.quoties in.§.q dolo.ad quod facit supra que fuit prima cā bene.amit.i.§.preterea.Presumit̄ eīn pro

a ¶Cōparēdi in iudicio. Adde bal.ꝯsi. cccccxv. i cip.ad euidētiaȝ in.iiij.volu.

processu ⁊ sententia ꝓpter autoritatem iudicij.vt.ff.de re indica.
in.l.res iudicata ſm An.de yser.Si tamē vasallus potuit denū-
ciare dño ⁊ nō denunciauit tunc dicit Bal.ꝙ eoipso vr̃ ⁊ intelli
gitur esse fraus cōmissa per.l.creditoꝛ hypothecas.C.de distra.
pigno.qđ est nota.dignum.Scđm aũt An.de yser.ad hoc vt p̄e
iudicet dño ignoranti est necesse ꝙ dñs veniat ex persona vasal-
2 li.vt dixi.¶†No.ex scđa parte ꝙ vasal.q non pōt obtinere in cā
feudali pōt per trāsactionē sibi cōsulere vt hic ⁊ in.d.c.j.de con-
tron.inter vas.⁊ ali.quod qualiter intelligi debet statim dicam.
An aũt sup iuribus decimalibus[a] possit transigi dic vt in.c.sta-
3 tuimus.extra de transac.¶†No.ex tertia parte ꝙ illud qđ tran-
sactionis nomine percipit nō succedit loco rei.ad quod facit.l.
contro.cum ibi no.ff.de transac.quod est verū qñ percipit aliqđ
extrinsecum.Secus si aliquod intrinsecū puta pars ipsius feu-
di.q: tunc qđ retinet non intelligit nouo titulo acquiri vt.C.de
transact.in.l.si pro fundo ſm Bal.¶Opp.nunc ab extra contra
istum tex.⁊ cōtra ea que supra dicta sunt pluribus modis ⁊ for-
titer.Et primo contra p̄mam partem ꝙ talis sñia lata in perso
nā vasalli nō debeat extēdi ad p̄sonam dñi per regulaʒ res inter
alios acta ⁊c.l.sepe.ff.de re iudi.Et timore huius contrarij dixit
Bal.breuiter se expediendo ꝙ vasallus hic denunciauit dño vel
saltem fecit qđ potuit vt dñs sciret vt.s̃.dixi.Et hoc modo videt
euitare ꝯriū.Et hec solutio est notabilis:⁊ pōt esse vera q: im-
putet sibi dominus si fuit negligens p ea que dixi supra tit.pro-
ximo in secundo notabili.Sed tamen q: videt diuinare quātū
ad istum text.Idcirco An.de yser.subtilius intelligēdo dixit qđ
debemus considerare qđ interdū vas.agit ad rem feudalem con-
tra aliū possidētem ⁊ vterq̄ dicit ipse ad se spectare iure feu.⁊ ab
eodē dño tunc q: causa ista ventilari dʒ coram domino feudi vt
infra de probi.feu.alie.per fe.in.§.pen.quod tamen intelligas vt
ibi no.⁊ dixi supra de contro.feud.apud pares.Et isto casu cum
dominus non possit p̄tēdere ignorātiā.tūc siue sciat siue ignoret
sibi fiet p̄iudicium.adeo ꝙ si dominus in futurum vellet venire
ad vendicādū dictū feu.a vincēte ex p̄sona illius qui succubuit
q: forte vel cōmisit aliquod delictū vel decessit sine herede mascu
lo vnde dicat dominus sibi aptū feudū ex illius persona.vnde
ipse possessoꝛ q vicit poterit repellere dominum p exceptionem
rei iudicate.argu.in.l.si hereditatem in.§.iul.ff.de excep.rei iudi.
Sicut potuisset repellere victū.l.quod ipsis.ff.de regu.iur.Et in
hoc ēt suadet ratio q: vasallus victus vinceret dominū vt in.l.
ij.ff.si ager vectigal.vel emphi.pe.ergo multo fortius ipse vasal-
lus vincens.arg.in.l.de accessionibus.ff.de diuer.⁊ tēpo.p̄script.
Sed interdum vasallus agit ad rem suā ꝙ dicit feudalem cōtra
alium possidentem ipsam rem q se defendendo dicit dictam reʒ
esse suam propriam ⁊ non feudalem:tunc vasallus agens habet
necesse probare duo videlicet ⁊ primo quod ille qui sibi īfeuda-
uit est dominus.Item quod dedit sibi in feudū que duo si non
probauerit pronunciabitur pro possessoꝛe qui absoluetur a pe-
titione ipsius agentis.vnde si isto casu vellet postea venire dñs
ex p̄sona victi tanq̄ vasalli dicēs quod erat vas.⁊ decessit sine he-
rede quod commisit delictum ex quo feud.est sibi deuolutum ⁊
per consequens velit vendicare ab ipso possidente qui per sentē
tiam iam obtinuit contra dictum vasal.tunc etiam isto casu do
minus agens repelleretur per exceptionem rei iudicate siue sci-
uerit siue ignoꝛauerit de primo processu ⁊ iudicio vt in isto capi-
tulo.Et est ratio q: victus potuit ligare de iure suo qđ pretende
bat vt in.d.§.j.de inuesti.de re alie.fac.Sed si dñs vellet vendica-
re iure proprio non veniendo ex persona vasalli predicti iam vi-
cti sed simpliciter vendicare velit dictā rem tanq̄ suam.tūc non
4 preiudicaretur sibi q: agit nunc de iure suo.†Non enim potuit
ꝓhibere vasallum victum quin ius suum experiretur ergo non
debuit sibi nocere etiā si fuisset sciens p dictā.l.sepe.in.§.cur aũt.
Nec istud capitulum in hoc dicit contrarium sed tantum loqui
tur quando diceret sibi apertum dictum feudum ⁊ vtile dñium
ex persona vasalli victi.Et ideo notanter dixit text.omni tempo
re firmum erit illud iudicium scilicet respectu iuris vasalli non
autem respectu iuris domini qđ non potuit deduci per vasallū
victum in preiudicium domini per dictam.l.sepe.Et predicta
procedunt secundum predictum dominum An.quando vasal-
lus non possidet sed ageret contra alium possidentem.vbi vasal
lus possideret ⁊ conueniatur in iudicio per alium non possiden
tem qui dicit ⁊ allegat dictam rem spectare ad se iure proprio ⁊
nō ad vasallum neq̄ ad dominū vasalli tunc isto casu dicit ipse
qđ si agens obtineat fiet preiudicium domino scienti.Et vigore
huius sentētie poterit iste qui obtinuit semper repellere ipsum
dominum agentem siue velit venire ex persona ꝓpria ⁊ iure suo
siue velit venire ex persona sui vasalli victi.Et est ratio quia ista
causa principaliter erat ipsius vasalli.debebat enim dominꝰ sciēs
defendere causam ⁊ probare rem suam esse.Secus autem si fuis-
set ignorans.quia tunc non pateretur preiudicium per dictaʒ.l.
sepe.Ex predictis itaq̄ patet qđ istud capitulum cum similibus
tantum locū habent quando dominus ex persona vasalli victi

vel vincētis vellet venire quia siue sciuerit siue ignorauerit iudi-
cium ventilatum semper erit firmum etiaʒ in preiudicium ipsi9
domini q: vasallus de iure suo agere potuit nec potuit per dñm
impediri.vt supra dictum est.¶Opponitur secundo contra di-
ctam p̄mam partem quod imo domino ignoranti non fiat p̄iu-
dicium ex sententia lata contra vasallum quoniam vasallus cō-
uentus debuit dominum suum nominare in iudicio.vt notat
glossa prima in lege secunda.C.vbi in rem actio.vnde sententia
lata contra vasallum non debet posse parere preiudicium cōtra
dominum absentem ⁊ ignorātem vt in toto titulo.C.q res iudi.
non no.Solu.potest patere ex predictis fatendo contrarium q
non fiat preiudicium aliquod domino absenti ⁊ ignoranti.q:
imo etiam si fuisset facta executio adhuc posset ipse dominus di
parere ⁊ vti iure suo non obstante dicta sñia:vt in.l.fi.C.si p vim
vel alio modo ⁊ tenet Innoc.in.c.quoniam frequenter.extra vt
lite non conte.⁊ doc.in.d.l.ij.Non obstat modo istud capitulū
q: vel soluamus ſm intellectum Bald.ꝙ hic vasal.denunciauit
domino vel non stetit per ipsum ita ꝙ apparet ꝙ vasallus non
est in aliqua fraude.Et isto modo concordat istud capitulū cū
dictis iuribus:vel possumus soluere ſm Andr.de yser.ꝙ dñs nō
excludat iure suo si velit venire ex persona sua vt in contrariis.
Secus autē si vellet venire ex persona vasalli:quia tunc quod ob-
stabat vasallo obstabit sibi:vt.s̃.dictum est in precedenti contra-
rio.Utrum aũt vasal.contemptus nominet dñm in iudicio di-
xi in.§.fi.j.de notis feu.¶Oppo.tertio contra dictam p̄mā par-
tem ꝙ imo tale iudiciū nō possit preiudicare dño ignoranti ex
eo ꝙ feu.non potest alienare ipso ignorante.vt.j.de probib.feu.
alie.per lotharium ⁊ de prohibita feudi alienatione per Fede-
ri.Solutio ibi loquimur in alienatione voluntaria:hic autem
in necessaria que fit per sententiam cum iudicium reddat in in-
uitum.vt in.l.inter stipulantem in p̄n.ff.de verbo.ob.voluntaria
vero in volentem vt in.l.sicut.C.de act.⁊ obli.ad quod facit.l.li.
de fundo do.⁊.l.si filio in.§.vltimo.ff.sol.matrimo.de quo.s̃.que
fuit prima causa bene.amit.in.§.fin.in conclusione.xxiiij.⁊ dixi
infra de probi.feu.alie.per fed.in prin.in questione antepenult.
¶Oppo.ꝯ scđam partem que admittit transactionem factā p
vasal.ēt in preiudicium dñi.Et tñ ipsa transactio est voluntaria
vt in.l.ij.ff.de trans.⁊ in.l.si diuersa.⁊ in.l.cū donationis.C.eo.tit.
vñ p transactionem erit aperta via fraudandi ⁊ circumueniendi
dictas constōnes Lotharij ⁊ Federici que prohibent alienatio-
nes cū partes potuerunt fingere trāsactionē sub coloꝛe aliena-
tionis qđ esse non debet vt in.l.scire oportet.ff.de tu.⁊ cu.da.ab
his.Solu.hic loquimur de transactione que fit timoꝛe litis ⁊ iu-
dicij futuri ꝙ vere fiebat vel sperabat fieri absq̄ aliqua circuitio-
tione.ar.in.l.in summa in princ.ff.de condi.indeb.probatur.j.de
contro.inter vas.⁊ alium.¶Uel possumus dicere ꝙ istud capitu
lum intelligitur quando vasal.denūciauit domino velper ipsū
non stetit secundum lecturam Baldi.Uel subtilius quod ista
transactio tenebit solum quando dominus veniret ex persona
vasalli non autem si velit venire ex persona propria secundum le
cturam Andree de ysernia.Uel possumus dicere quod istud ca
pitulum loqtur quando per transactionem retinet sibi feudū
⁊ dat aduersario pecuniam vel aliqđ aliud contrarium vero lo-
quitur quando vellet per transactionem transferre feudum in
alium ⁊ recipere pecuniam seu estimationem quod non licet q:
tunc haberetur loco venditionis:vt in lege litis.ff.pro emptore
⁊ tenet Jacobus ardizo.in summa quibus modis feudum amit-
tatur sub rubricella an litis estimationem posset suscipere.
¶Opponitur contra tertiam partem quod imo id quod acci-
pit nomine transactionis debeat esse feudum.vt probatur infra
quid iuris sit si vasallus post alien.feud.recu.in.§.profecto.cum
ibi notatis in glossa.Solutio.ibi loquitur de eo quod accipitur
pro alienatione feu.facta voluntate domini ⁊ sic casus sunt diuer
si secundum Andream de ysernia.¶Opponitur ad idem quod
imo sit feu.quia successit loco rei quam dedit lex imperatoꝛ in.l.
ff.de legatis secundo.⁊.ff.de petitione hereditatis in lege si rem
pretium.Solutio.istud datum nomine transactionis non fuit
datum vt esset in feu.neq̄ similiter receptum ⁊ sic libera remane
re debet.vt in lege altius.C.de serui.
¶Quero ab extra iuxta primam partem an tale iudicium vel
sententia preiudicet ceteris agnatis sicut preiudicat domino.Et
respondeo quod si in ipso iudicio fuit disceptatum de iure om-
nium agnatorum ⁊ scientibus ipsis agnatis preiudicabit.Alias
non per dictam legem sepe.Et est ratio quia quando scienter
discuti de iure suo potuerunt interesse liti ne colluderetur ⁊ pro
bationes adducere.lege si per luxorio.ff.de appellationibus.⁊ in
gestis de inofficioso testamento.in lege si suscepta.Idem nam
ius quod erat apud vasallum victum erat futurum apud ali-
agnatos sequentes ⁊ non diuersum merito semper si vinunt non
necesse quod veniant ex persona propria ⁊ non ex persona vasal.
quod secus est in persona domini.vt supra ostensum est.
5 ¶†Quero si p̄supponamus agnatos posse venire ad reuocan-
dum an saltem veniente ipso vasallo sint exclusi ita quod neces-
se habeāt expectare morteʒ ipsius vasal.⁊ puto ꝙ sic per ea q̃ no.
in glo.penul.⁊ quod ibi dixi.in.§.hoc quoq̄.s̃.de succes.feud.
6 ¶†Quero iuxta secundam partem an trāsactio p̄iudicet alijs
agnatis.Et dic ꝙ nō cū istud capitulū hoc nō dicat.ar.in.l.si ser-
uum.in.§.nō dixit.ff.de acqui.here.Quod intellige ēt si sciuissent
cū isto casu nō necessitent ad ꝯdicendū prout facere tenent in iu
dicio ſm ꝙ.s̃.prime dictum est ſm and.de yser.Et pōt esse ratio
q: ēt inuitis agnatis potuit vas.transigere quantum in sui p̄iu
dicium per ea que tradunt in.l.gaius.ff.de pigno.act.facit ad p̄-
dicta ꝙ hr̃ in.c.veniens extra de transac.⁊ qđ dixi in.c.j.in princ.
j.de alien.feud.pater.⁊ supra quib.mod.fend.amit.in.§.preterea.
¶Quero circa tertiam partē quid si dans conuenit cum vasal.
lo recipiente vt recipiēs teneret in feu.rē receptā ab eo a quo te-
nebat rem dimissam:an tūc censebit feu.Et dic ꝙ non p regulaʒ
q: alteri stipulari non pōt.vt in.l.stipulatio ista in.§.alteri.ff.de
ver.ob.¶Quero an vasal.possit se cōpromittere[a] in arbitrium
1 de re feudali dic vt in spec.de arbi.in.§.restat versic.sed nunquid
vasal.⁊ dicā.j.de lege corra.in.§.si inter.vbi plene videas.⁊ in.c.j.
in prin.de inuest.in mari.fac.¶Ultimo de pertinentibus ad p̄-
mam partem huius capli vide remissiones plenas quas dedi su
pra de inuest.de re alien.fac.in.§.j.De pertinētibꝰ vero ad scđam
partem vide in.d.c.j.infra de controuer.inter vasal.⁊ alium ⁊ in
fra de notis feu.in.§.item sciendū.⁊.ff.si quid in frau.pa.in.l.j.in
§.at si transigit.⁊ per Ja.ardizo.in ti.qb.mo.feu.amit.sub rubri-
cella an trāsigere possit vas.super feu.⁊ qđ dixit Bal.infra de p̄-
hib.feu.alie.per fe.in prin.⁊ per canonistas in.c.decetero.extra de
trans.⁊ in.c.cum deputati de iudi.De p̄tinentibꝰ ad tertiā par-
tem habet in dictis locis prime allegatis.⁊ in.d.§.profecto.j.qđ
iuris sit ⁊c.qñ autē vasal.qui succubuit in iudicio feudali agen-
do vel se defendendo possit agere de euictione cōtra dñm ⁊ qua-
liter vide quod dixi.s̃.titu.proxi. ¶Jaco.

1 ¶Dominus feudi in personam delinquens vasalli spoliatur
proprietati feudi.
2 Dominus feudi eadem fide vasallo qua vasallus domino astrin
gitur.
3 Equalitas inter dominum ⁊ vasallum seruanda.
4 Domino proditionis crimen perpetrante in principem feudi
proprietas in fiscum transferetur.
5 Domini eiusdē feudi duo si fuerint:altero in vasallum peccante
ad quem deuoluetur portio eius.
6 Prelatus in vasallum committens feudi proprietatem quare
non amittat.

Domino con.

1 †Dñs ex culpa p eū ꝯmissa in p̄sonā vasal.vel alterius
priuat p̄prietate feu.q̃ applicari dʒ ipsi vas.dūmodo
ex eadē cul.vas.amissurus fuisset feud.si eā cōmisisset.
Do.¶In text.ibi feloniam.i.cul.prouenientem ex delicto ⁊ loqt
iuxta vulgare lōbardū ⁊ est similis loquutio.j.q̃li.do.propri.pri-
ue.in.c.j.j.an ille qui interfe.fra.do.in.c.j.j.de vasal.q cōtra cōsti.
loth.in.c.j.Interdum appellat cul.interdū cām:vt.s̃.de feu.sine
culpa non amit.in.c.j.⁊ que fuit prima cā bene.amit.per totū.
Interdum ingratitudinem.vt in.d.titu.q̃ fuit prima cā.in.§.ij.
Ibi vt ita dicam.Silis modus loquēdi est ⁊ hr̃ supra que fuit p̄
ma cā.§.porro.⁊ quare ita loquatur ibi dixi.Ibi pertinere.s.per
sñiam.Et est ratio:q: cum in vas.hoc statuat:vt no.gl.infra de p
hi.feu.alien.p fe.in.§.callidis.⁊ dixi.s̃.que fuit prima cā.in.§.ij.
debemus hoc idem seruare in dño p istū text.Ibi in vasal.puta
adulterādo vxorē vas.vel ipsum acriter verberādo.vel alias gra
ues iniurias sibi īferēdo:vt dixi.s̃.q̃ fuit p̄ma causa.in.§.fin.⁊.s̃.
q.mo.feu.amit.in.§.j.Ibi in aliū puta occidēdo fratrē suū pro-
priū vel filiū frīs ad hoc vt totā heredi.haberet vel aliud graue
perpetrauit ex quo nō possit morari sine dedecore ī curia sua.vt.s̃.
q.mo.feu.amit.i.§.itē si fratrē:⁊.j.an ille q interfe.fra.do.in.ca.j.
Uel intelligas ſm An.de yser.ꝙ sit necesse ꝙ istud peccatū cōmis
sum in aliū tāgat in ꝯñtia ipm vas.vt q: verberauit seruū vel fa
mulū vas.i opprobriū ⁊ suggillationeʒ dñi vt.j.l.itē apđ i.§.si qs
sicut.ff.de iniu.Et quare sic dicat statim declarabo.vel intelligas
2 sic vt sonat sed loquat i feu.nouo vt.j.dicā.¶†No.ꝙ dñs eadeʒ
fideꝰ obligatus est vasal.suo qua vasal.obligatus est ipsi dño.vt
no.glo.in.c.de forma.xxij.q.vj.Nam sicut vas.ex delicto priuatur
feu.Ita ⁊ dñs ꝓprietate.vt hic ⁊.j.qualr dñs ꝓpri.pri.in.c.j.hic
allegato in glo.q̃ nihil aliđ fecit ⁊ dixi.s̃.de forma fi.in.c.j.in fin.
3 ¶†No.equalitatē inter dñm ⁊ vas.esse seruādā.vñ equū ē vt pa-
ria iura desideret.put dixit tex.j.de pace iur.fir.circa fi.Nā sicut
p delictū vas.in dñm cōmissum ꝯsolidat vtile dñium vasalli cum
ꝓpri.dñi.d.§.fi.s̃.q̃ fuit p̄ma cā bñ.amit.Ita p delictū dñi cōmis-
sum in vas.ꝯsolidabit directum dñium ipsiꝰ vas.vt hic ⁊ in.d.c.j.
qualr do.ꝓpri.pri.qđ enī in vno correlatiuoꝝ statuit in altero in
esse intelligit.l.fi.C.de indi.vid.tol.¶Op.ab ex̃ ꝙ imo p delictū
dñi commissū in aliū q̄ in vas.nō dēat ꝓprietas feu.ptinere ad vas.
sed ad agnatos primiores ipsius do.delinquētis:sicut pʒ ecōtra in

vas.delinquēte ī aliū q̄ ī dñm.qm̄ feu.trāsit ad primiores agna-
tos vas.vt est tex.s̃.q̃ fuit prima cā bñ.amit.i.§.deniq̄.So.dixit
Bal.ꝙ aliud est in delicto ꝯmisso p vas.quo casu distinguit an
sit cōmissum ī dño.⁊ tūc feu.trāsit ad dñm an cōmissum ī aliū
quo casu transit ad agnatos.vt ibi.Sed in casu nr̃o qñ dñs de-
linqt nō distinguit vtrū delinquat in vas.vel in aliū.q: īdistin-
cte ꝓprietas feu.trāsit in ipm vas.vt est casus in.c.isto.ſm ipm q
ita simplr̃ ītellexit.Sʒ hoc nō vr̃ mihi rōnabile ꝙ vas.magis bñ
ficiet ⁊ fructū ꝯsequat ex delicto dñi quaʒ dñs ex delicto vas.tū
q: vas.iurat dño ⁊ recognoscit ac tʒ a dño.nō aũt eꝯ vt dixi.s̃.d
for.fi.i.c.j.tū q: q̄tū ad effectū parē vicē īter se dñt.vt ibi.Silr̃ vi-
demꝰ ꝙ si vas.stat p annū vt nō petat īuestiturā ꝙ p̄uat feu.Ita
⁊ eꝯ si dñs stat p annū vt nolit īuestire ꝙ priuat ꝓprie.⁊ hoc iđ
est vt obseruet equalitas inter eos.ita not.gl.s̃.in ti.p quos fiat
inuesti.in fi.Et iđ horū timore ego intelligerē istud caplm̄ i feu.
nouo quo casu ēt ex delicto vas.cōmisso in aliū q̄ in dñm semp
reuertit tale feu.ad dñm exclusis oībus descēdētibus ⁊ agnatis
ipsius vas.put late dixi in.d.§.deniq̄.in cōclusionibꝰ.ita ⁊ in ca
su nostro ex delicto dñi cōmisso in alium q̄ in vas.semp reuer ta
tur ꝓprietas feu.in vas.exclusis oībꝰ agnatis ⁊ descēdētibꝰ dñi.
Et hoc modo ītelligēdo seruat equalitas ⁊ egregie tollit ꝯriū
ꝙ videbat multū obstare.silr̃ in feu.antiquo erit eq̃litas:qm̄ si-
cut ex delicto tali cōmisso p vas.in aliū q̄ in dñm feu.nō dʒ trā-
sire ad dñm.sed remanere dʒ ad primiores agnatos vas.exclusis
filijs.vt ibi dixi ita ex delicto cōmisso p dñm in aliū q̄ in vas.dʒ
feu.si est antiquū remanere ad agnatos ipsiꝰ dñi exclusis filijs
⁊ nō ad vas.⁊ ita vr̃ sentire Ja.ard.p.l.cōi liberto.ff.de bo.liber.
4 ¶†Quero qđ si dñs hʒ vas.⁊ committit crimē ꝓditionis ꝯ p̄n
cipem ex quo bona sua veniūt ꝯfiscāda.an tūc ex tali delicto cō-
misso in aliū dēat ꝓprietas feudoꝝ ꝯfiscari ⁊ applicari camere
fiscali an dēat trāsferri ī ipsos vas.p istū tex.Et dicit An.đ yser.
ꝙ ꝯfiscari dʒ ꝓprietas.nō antē applicari vas.tū q: vsus ita se hʒ
tū q: videret incōueniēs ꝙ vas.efficiant dñi ꝓprietatis illius p
ditoris neq̄ hoc repit cautū.vt ipe dicit.Et rñdet ad istū tex.vt
intelligat de felonia cōmissa ī aliū q̃ ēt p ꝯñtiā tēdat in iniuriā
vas.vt dixi sup tex.Uel ꝙ restringat iste tex.solū ad cās expssas ī
sua materia:nō aũt ad als nō expssas.ar.in.l.p̄nceps.ff.de legib.
Idem vr̃ sentire spe.in rōne sui.in ti.de feu.ver.xl.Sed ꝯriū sen
tit Bar.in.l.si finita.in.§.si de vectigalibus.ff.de dā.infec.vt nō
confiscet.Pro sñia multū bñ facit.l.fi.in.§.si in libertū.ff.de bo.
dā.⁊.j.de ꝓhi.feu.alie.in.§.illud.Et puto hāc opi.verā de iure.
vt nō cōfiscet.lʒ forte curia principis de facto seruaret ꝯriū.Sʒ
vtrum debeat ꝓprietas puenire ad agnatos ꝓditoris delinquē
tis vel ad vas.tūc puto ꝯsiderādū an sit feudū nouū vl̃ antiquū
vt dixi.s̃.prime ⁊ p ea q̃ dixi in.d.§.deniq̄ in cōclusioībꝰ.Facit
multū bene ꝙ dixi ſm bal.s̃.quali.olim feu.po.alie.in.§.j.in fin.
5 ⁊ qđ dixi.j.ti.primo.i.§.si qs aliquē.¶†Quero qđ si sunt duo
dñi eiusdē feu.⁊ vnus delinqt in vas.an eius portio deuenire de
beat in vas.ꝓpter eius delictū an dēat remanere penes aliū dñū
q nō deliqt.qdā tenēt istā ptē vt remaneat apud ꝯiūctū dñm p
d.l.cōi de bo.lib.⁊.ff.de iure in.in.l.si duo.in p̄nc.et.ff.de assigna.
lib.in.l.j.§.sʒ si is.⁊ ita vr̃ esse de mēte Ja.ard.in summa in titu.
qui.mo.feu.amit.sub.rubricella.Si vnus ex dñis faciat contra
ius feu.Pro alia pte vt deueniat vas.qui ꝯ cōsti.lotha.feu.alie.
pro quo vide qđ dixi supra qui feu.da.pos.in.§.cum vero.et su-
pra de fra.de no.bñ.inuesti.in.c.j.⁊ de duo.fra.a ca.iuest.¶Que
ro quid si filiꝰ domini delinquat in vasal.an si postea succedat
patri priuet proprietate.Et dicit idē Ja.vbi supra ꝙ hec qđ de
terminari dʒ sicut determinat ecōtra in filio vas.delinquēte.p-
ut est tex.j.de probi.feu.alie.per fe.in.§.insuper.¶Quero quid
in alienatione an sicut vas.alienando priuaretur per.l.lotha.et
federici:ita ⁊ dominus proprietate.dic vt dixi.j.de lege corra.in
c.ij.in.§.j.Quero si dñs decedat sine agnatis nunqd lucrabitur
vasallus proprietatem feu.sicut fieret econtra.Et dicit Ja.ardi.
in summa ꝙ non q: periculosum ⁊ triste esset eius morteʒ expe
ctare.ar.ff.de condi.⁊ demon.in.l.cum tale in prin.de qua q̃stio-
ne dic latius per ipsum in titu.qui.mo.feu.amit.sub rubricella
6 si dominus committat in vas.¶Quero an istud capitulū ha-
beat locū in feu.ecclesie si prelatus delinquat in vasal.Et dicit
Bal.simpliciter quod nō per capitulum delictū persone.extra
de regulis iuris libro sexto.Et puto quod dicat verū eo respe
ctu vt proprietas non applicet vasallo.Sed tamē in preiudiciū
ipsius prelati donec erit intitulatꝰ vel vixerit putarem sibi fie-
ri preiudicium per textum infra de capit.corra.in fin.de hoc ta
men dicam latius ibi.que glossa ibi format questionem et non
soluit vbi videas in questione penultima.¶Quero qđ modis
⁊ qualiter priuetur vasallus iure suo ad hoc vt ex eo possim p̄-
cipere similiter qualiter dominus priuetur ꝓprietate.de hoc vi
de conclusiones quas dedi in dicto.§.deniq̄.s̃.que fuit prima
causa benefi.amit.¶Ultimo de materia huius capituli vide ꝙ
dixi.s̃.p quos fiat inuesti.in fi.⁊ de for.fi.in fin.⁊.j.in.d.tit.qualr
do.ꝓprie.priue.⁊ per Ja.ard.in summa.in ti.qui.mo.feu.amit.

Marginal notes:

a ¶Sup iuribus decimalibꝰ.ad de tex.i.c.ex multiplici.de deci.Pau.de eleʒ.in cle.ij.đ deci.car.ʒaba.i.c.veniēs.in.iij.no.đ.trās.barb.i.c.vt sup in.j.not.de rebꝰ eccle.nō alienā.

